

Gratulor his studiis. Deus adsit porro laboris  
Ut bene perficias, quæ bene cœpta tibi.  
Gaud eat inde pater, patruusque Professor, amici  
Nostris, quòd de te spes sibi capta, data.

*Amoris ergo scribebam*

Balthasar Scheid Theol. D.L.L.  
Orient. Prof. h. t. Coll Phil. Decan.

II.

**N**on mihi permittunt denfata negocia versus  
Longius eductos; in præsens accipe paucos,  
Omina quîs & vota precor pro sorte benignâ;  
Ut stet Iova tuis à partibus, atque secundet.

*f.*  
Joh. Conrad. Dannhøver. D.

III.

**D**um, quid dissimulet Iudex, PICHLERE, recenset,  
Et quantum possit dissimulare, docet;  
Non tibi dissimulo, sed vero pectore promo:  
Laus erit ingenii non simulata tui.

*amoris E.*

apposuit

PRÆSES

IV.

*Eximio Dn. Respondenti, Convictori mihi  
singulariter dilecto.*

**C**onvictu hospitioque tui mihi cognita primum  
Ingenii virtus, sedulitasque fuit:  
Cernebam Patruî famam, votumque Parentis  
Proponi studiis cum pietate tuis:  
Nunc quæ felici successu publica promissis,  
Lator doctorum consona iudicio.

*Amoris testandi ergo scrib.*

M. Johannes Georgius Wehler  
Summi Templi Diaconus.